

TITULUS V. NOVITATES.

S. I.

Christus D. eas vitat.

Um jejunasset quadragesima diebus. Matth. 4. 2. Cur Christus elegit ad jejunandum numerum quadragesimum? Ne excessu jejunii pariat admirationem; & quid inaudicium introducat. Poterat enim Christus jejunium Moysi & Elie, transcendere; sed pro singularitate vitanda noluit. Id. c. 3. hic q. 8.

Poenitentiam agite. Matth. 4. 17. Cur Christus Dom. iisdem Joannis. Matth. 3. 2. verbis suam inchoat predicationem? Cajet. hic. Observandum, quod Jesus ab eadem materia inchoat suam predicationem, a qua inceperat Joannes preparatione. Jesu vero perfectione, hanc materiam predicabat: tum ad confirmandam predicationem Joannis; tum ab exemplum nostrum; ut non dedignemur inchoata ab aliis, etiam minoribus bona prosequi. Sylveira l. 3. c. 1. q. 20. de Joanne predicante.

Non veni solvere legem. Matth. 5. 17. Alii Joannem Baptistaum. Matth. 16. 14. Cur dicunt eum unum ex defunctis Patribus? Venit Christus novus homo in hunc Mundum; cur non dicitur, & judicatur, novus homo? Fugebat novitates: eosque mores in suis actionibus exhibebat, qui jam erant in aliis agniti. Id. in Ioan. 5. q. 19. Nemo in Jesu cernebat; quod non veterum moribus confirmatum. Baeza t. 2. l. 10. c. 5.

Deprecabantur eum ut imponat illi manum. Marc. 7. 32. Cur impositione manuum Christi hunc miserum sanatur? Veterum morem Christus teneri voluit, qui idem fecerat: ut Elias, & Elifaeus. 3. Reg. 17. 21. 4. Sic optat fieri leprosus Naaman. 4. Reg. 5. 11. Sylveira hic q. 5.

Quicumque ille (Pater) fecerit, hic etiam similiter facit. Io. 5. 19. Cur unus tantum sanatur a Christo? sicut Angelus unum sanatur, ita & Dominus; nec plures, licet posset. Unde arguitur, qui in suis actionibus novitatem affectant, & supra alios aliquid addere conantur. Sylveira hic q. 19.

Expulsi in terram, & fecit lucum. Io. 9. 6. Sumptit Dominus lucum de terra, & plasmavit hominem: quapropter Dominus expulsi in terram, & fecit lucum, & superlinivit illud oculis, ostendens antiquam plasmationem. S. Irenaeus l. 5.

Maria duxit pedes Jesu. Ioan. 12. 3. Ne peregrina adinventiois studeas superinducere novitatem: nam & ipse, qui est, Magister Angelorum, in caelo, morem in terra tenuit, quem invenit; nec designatus est; terrenam servare consuetudinem. Nam cur sibi caput, & pedes, unguento confregit muliebris ministerio passus est? nisi, quia Palaestina, atque Iudaea; regionis mos erat, ut ejus aecola crebris ungeretur. Petrus Dam. ep. 106.

S. II.

Alia Motiva eas vitandi.

Eda Partium nostrorum. Judith 6. 17. Cur Bethulienfis inchoant sermonem hoc titulo? Est frequentior in Scriptura. Ex. 3. 15. Deut. 1. 11. Ios. 18. 3. Act. 3. 13. Credo Hebraum hac loquendi forma laudatum ab antiqua fide, ac monitum, ne a sacra parentum via habeat. S. Aug. l. de anima: semper viris sanctis suspecta novitas. Velloso hic Par. 12.

Quare discipuli tui transgressionem traditionem seniorum? Matth. 15. 2. Non erant traditiones Majorum; sed depravationes ab eis inventas, quas colorare volebant nomina majorum; ad introducendas suas novitates, semper enim sanctionem novitas placet improbis. Unde Paulus 1. Timoth. 6. 20. devotans profanas vocem novitates. Sylveira addit. in Matth. hic. Habet hoc proprium humane mentis fragilitas; quod promptus novitatibus, quam summis veritatibus, delectetur. Sim. Caff. l. 9. c. 34.

TITULUS VI.

NUPTIAE.

Conversus sunt nuptia in Iudum. 1. Machab. 9. 41. Sic sepe in Mundo plausus vertitur, & extrema gaudii luctus occupat. Cornelius hic.

Vocatus est autem & JESUS ad nuptias. Io. 2. 2. felices nuptiae; felices illae, quibus Christus est praesens; non luxu; sed virtutibus consecrantur. S. Chrysol. l. 157. Vocent omnes Christum ad nuptias; ut aut eas ex toto cassificent; aut nihil in iis agant, quam Christiferam deceat sanctitatem. Sim. Caff. l. 5. c. 1.

Non tantum boni est in nuptiis; quod speramus, quantum mali, quod accidere potest, & timendum est. S. Hier. ep. 11. Vide plura Matrimonium.

TITULUS I. OBEDIENTIA.

Erga Deum, & Superiores.

S. I.

Figurae, Symbola

Ex Veteri.

Etique ei tunicam polyamiam. Gen. 37. 3. Obedientia talaris est tunica; quam Ioseph, quod sonat asserens, vel augmentum, id est, quilibet perfectus, dono clementioris gratiae, quae est mater credentium, singulariter induit. S. Bern. s. in Coena D.

Pascitur inter lilia. Cant. 2. 16. Est Christo obediendum: quia obediens ei sunt lilia; habentes candorem munditiae. S. Thom. Aqu. hic.

Ubi erat impetus Spiritus, illic gradiebatur. Ezech. 1. 12. Rotae, in quibus est spiritus vitae, semper eunt in voluntatem Domini perficiendum; nec revertuntur ad faciendum suam. Si jubetur praesse; praesunt in sollicitudine: si jubentur subesse; in humilitate; si aliquibus esse; in charitate. S. Bern. tr. de dignit. div. amoris 8.

Stella vocata sunt, & dixerunt adsumus. Baruch. 3. 34.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Vidimus stellam. & venimus. Matth. 2. 2. Stella hominis fidelis est obedientia, ductusque superioris. Corn. hic.

Impleverunt ambas naviculas. Luc. 5. 7. Dux naviculae, praelatura, & subiectio iustis, & obedientia. Sim. Caff. lib. 9. cap. 15. l. 2. q. 1.

Statim prostravit, qui fuerat mortuus; ligatus manus, & pedes, insitit; & facies illius subario erat ligata. Ioan. 11. 44. Comprehende, si potes, quemadmodum clausis oculis iter carpat vincitibus pedibus gradum dirigat: virtute enim divina perceptionis operante natura suam non requirit officium; non jam suo ordini, sed divino mutui, serviebat: agebatur prius quam parabatur incessus. S. Ambros. l. de fide resur. apud Baeza t. 1. l. 2. c. 10. S. 2.

Cervix tua sicut redimicula. Obedientia eius, cervicis appellatur. Cervix ergo eius speciosa facta est sicut redimicula, & merito: quam enim prius praevaricationis inobedientiarum fecerat, nunc obedientia fidei speciosam fecit, & pulchram. Orig. in Cant. 1. hom. 2.

Vir quidam Ildorus nomine, Alexandriae civitatis primarius; in ipso coenobio ante hos annos seculo abrenunciavit. Hunc pastor ille mirabilis suscipiens, aperuimusque; & superius, aspectu ex ipso conciens, ad eum ait: si revera iugum Christi tollere decrevisti; volo, ut ante omnia te obedientiae laboribus exerceas. Cui ille: sicut fabro ferrum subiectum est; ita & ego arduissime me ipsum obedientiae expono. Ioan. Climacus gr. 4. de obed.

Rogatus S. Franciscus, quis verus obediens iudicandus? tolle, inquit, corpus examina; & ubi placuerit pone. Videbis non dignare motum, non murmurare suum, non reclamare dimissum. Quod si statuerit in cathedra, non alta, sed ima respiciet: si collocetur in purpura, duplo pallefecit. Iongen de Sac. profess. Exh. 30.

Obedientia est spontanea mors, & sepulchrum propriae voluntatis. Ioan. Clim. gr. 4. de obed.

Sicut membra iudicantur paralytica, quae non moventur ad imperium capitis; sic perverus est Religiosus subditus, qui non sentit motum, & imperium Patris spiritualis. S. Bonav. dict. Sal. c. 20. de Religione.

Obedientia navis est, quae obediens navigat per hoc mare magnum praesentis vitae; ut perveniat ad portum salutis aeternae. S. Bernardinus f. de obed. Evangelica.

Plectratum semper instrumentum est; & esse cupit obediens; ut semper resonet Dominicum cantilenam. Sim. Caff. l. 4. c. 1.

Est obedientia turris fortitudinis, arcus securitatis, curus Dei, luna nocturna, luna meridiana, Arca Noe liberanda a diluvio; arca foederis, super quam requiescat gloria invisibilis Dei. Id. ib.

Obedientia, tamquam Crucis patibulum; omnia membra hominis alstringit: non enim potest ambulare, cum velis; posita est custodia ori ejus. Sic arctata sunt membra, ne liceat eis debita explere officia. Petr. Blesens. f. 21. in Ascens. D. Reticulum, quod pro lusu pileae adhibetur: Lem. Vi modico present. Picinelli.

Equus Lem. Omnia nomen. S. Chrysol. hom. de poena; eum equum laudant maxime, qui, sine ulla habenarum vi pro nutu compescitur. Parata picturae tabula. Lem. Quae forma placuit. Bovius

S. II.

Obedientia praestans virtus.

Num. I.

Prætorum villinis.

Autem autem perfecti mihi. Pf. 39. 7. id est, perfectam obedientiam dedisti mihi; quasi verum sacrificium noluisse nec per sacrificia placatus es humano generi sed per obedientiam meam. Hugo Card. hic.

Sacrificium noluisse; autem autem perfecti mihi. Ib. Docens eos, quoniam obauditionem mavult Deus, quae servat eos; quam sacrificia, & holocaustomata. S. Irenaeus adv. her. l. 4. c. 32. Obedientia victimis iure proponitur: quia per victimas alia caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. S. Greg. mor. l. 35. c. 10.

Num. II.

Obedientia praetoribus virtutibus.

Quod difficilis, hoc preclarior. Relinquere, enim divitias, praeterea continentiam ac castitatem servare, multis quidem Philosophis datum: se autem, propriumque arbitrium, negare, ex libero servum facere; nulli profusus, nisi qui crucem Christi sequitur, concessum. Apostolorum haec imprimis virtus fuit. S. Basilus instituit. vitae Religio/or.

Quid esse prodest, quod facultates suas abijciant, qui voluntates proprias non relinquunt? cum sit longe praestantius voluntatibus propriis abrenunciare, quam rebus. S. Prosper. l. 2. de vita contemp. Sacerdot. c. 17.

Vili quopiam opere per obedientiam fideliter peracto, nonnumquam magis proficies in vitae perfectione; quam sublimium exercitium ex propria electione suscipere. Ludov. Blot. parad. an. c. 27.

Melius est, ex simplici obedientia utricus, & zizaniam extirpare; quam ex propria voluntate, sublimi rerum caelestium contemplationi operam dare. Id. Saccello an. fid. S. 1.

Num. III.

Obedientia includit omnes virtutes.

Et erat subditus illis. Luc. 2. 51. Totam intermedium Christi vitam, quae est inter ostensionem aetatis, & tempus baptismi, velut immenit aliquid famosi, & publici, miraculi, & doctrinae; Evangelica sub uno verbo colligit dicens: Et erat subditus illis. S. Gregor. in Cath. S. Thomae. Ubi obedientia regnat, nulla absesse virtus potest. Cum Christus plurima interim egerit digna memoratu, cur Lucas ea non enarrat? compendio usque, plurima paucis complexus est, cum ait: erat subditus illis. Did. Nyss. Vit. Abr. l. 1. c. 5.

Præter dicata obedientia Deo cunctas virtutes, graditur cum omnibus: nam, quomodo quae crederet, nisi obediens vocanti, & praedictanti; & captivaret omnem intellectum in obsequium fidei? Quomodo quae speraret, nisi obediens? quomodo quis diligeret diligenda; nisi vellet ex obedientia jubentis mandata perferre? unde ipsorum digna observatio, nisi ex obedientia digna? Sim. Caff. l. 2. c. 14.

S. III.

Obedientia alii praeminentia, & laudes.

Ex Veteri, & Novo.

Præcepitque ei dicens. Gen. 2. 16. Nonne melius fuisset, nullum dedisse praecipuum, quam positione praepcepti facere praevagationis locum: Ad haec inquam: unde homo copularetur Deo, si non illi subligaretur obedientia iugo? si non acciperet commissum, in quo fidelis deberet existere Deo? Rupertus l. 2. c. 30. in Gen.

Extenditque manum ut immolaret filium suum. Gen. 22. 10. Abrahæ licet occidere filium suum, qui a Deo iusserat; & omne praecipuum Dei bonum est. Jephthae autem occidit filium suum, non ex praepcepto, sed ex voto suo. Abulen. in c. 11. Judic. q. 57.

Ani filia. Pf. 44. 11. 12. Pulchritudo animae pendet ab obedientia erga Deum: anima enim, quamlibet deformis, si quidem obtinuerit Deo, deponit peccatum, & speciosa redditur. Quam hic dicat pulchritudinem perficiamus Audi filia, & conaspice. Cujusmodi decorem, five pulchritudinem, concupiscit? nimirum animae. Undenam? quia obliata est. Audi igitur, & obvia. Dic peccatrici animae, audi. Quod si obaudieris, mox vide, quali decore exornanda sit. S. Chrysol. hic.

Filius sapientiae obedientia, & dililio. Ecl. 3. 1. Jungit obedientiam charitati: ut ostendat in praxi, unam alteri quasi foretorem forori faciendam esse; unamque ab altera compleri, & perfici. Hæc enim dilectio obedientiae, qua primò diligunt suos Praetores, quasi suos parentes. Secundo diligunt id, quod

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

jubetur. Terò diligunt ipsum obedire; facit facillim, & perfectam eorum obedientiam. Nam, ut ait S. Leo f. 4. de jejunio Septimi mensis: obedientia mollit imperium: nec dura necessitate ibi servitur, ubi diligitur, quod jubetur. Cornelius hic. Confurge, confurge; induere fortitudinem brachium Domini. Il. 51. 9. Ach dicat: quid tam diu te continens in sinu Patris d brachium Domini? confurge, & induere pulchram, & fortem, & fortem dilectionem; pulchram, obedientia charitatem. S. Rupertus l. 2. in Il. hic.

Et responso accepto in somnis. Oc. Matth. 2. 12. Reges tres, juxta Hieronymum, a Domino responsum acceperunt. Videbuntur Reges magis a Domino pro Joseph honorati: sed in hoc micantiù respicendit obedientia Joseph: nam obtemperare divinis mandatis; dum per ministrum imponitur, obedientia summa & apex est. Sylveira in Apoc. 1. 1.

Ad nullam illarum missus est Elias. Luc. 4. 26. Cur non ponitur cum aliqua laude, sicut Joannes. Matth. 11. 9. 10. vocatur plus quam Propheta, & Angelus. Petrus, Matth. 16. 17. beatus. Et hic Elifaeus propheta vocatur. Elias Monachus, cui nihil illustrius, quam obedientia, quae in hoc notatus missus est. Alii dicantur prophetae, & angeli, Ecclesiae fundamenta: at Elias summa gloria, quod missus, & obediens. Sylveira in Matth. 13. c. 3. q. 17.

Oculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. Luc. 7. 38. Qui Jesum diligit cum Magdalena, pedes ungit operibus vitæ activæ, caput contemplativæ. Item: pedes ungit, proximis misericorditer subveniendo: caput, quomodo Praetatis amorem, honorem, obedientiam praestas. De Pontein Cant. 1. l. 1. Exh. 32. S. 2.

Apparuit illi Angelus confortans eum. Luc. 22. 43. Cur non hic quoque vox Patris auditur, ut in baptismo. Matth. 3. 17. & in transfiguratione. Matth. 17. 5. hic est filius meus dilectus. Cur hic solum adest Angelus confortans? 32. Christus hic summam exhibebat obedientiam: non sicut ego volo; sed sicut tu. Et, ubi tanta obedientia resurgit, vox Patris non requiritur. Sylveira addit. in Matth. 2. q. 10.

Quasi filii obedientia. 1. Petri 1. 14. Filii obedientiae vocantur dediti & plane addicti obedientiae: ut ex ea, quasi matre, progeniti, planeque obedientiae indolem, & naturam, imbibisse videantur. Hi sunt fratres Angelorum; qui sunt potentes virtute, scientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus. Pf. 102. 20. Cornelius hic.

Ex Patribus, & aliis.

Ad promerenda aeternae vitae gaudia non exquiritur qualitas operis; sed moralitudo propriae, & executio alienae voluntatis. S. Gregor. in 1. Reg. 3. l. 3. Exposit.

Vitima sunt obsequia obedientium: quia, cum hominibus pro Deo subijcitur, superbus spiritus superamus. Ceteris quidem virtutibus demones impugnamus, per obedientiam vincimus. Id. l. 4. in c. 10. Reg.

O quale, quantumque sacrificium! suam voluntatem omnino postponere, & totum se ad alienum arbitrium exponere; nihil sibi de semetipso reservare. O quam libenter concinixio altaris, qui se, propter ipsum, ad omnem obedientiam subdit. Cum quanta conscientiae securitate verus obediens ad thronum gratiae illius accedet, qui saltem est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Philipp. 2. 8. Richard. a S. Vict. de sacrificio David Prophetae.

Non sic Diadema in capite positum regem illustrat, atque obedientia. S. Chrysol. hom. 32. in Gen.

Voluntatem propriam a te excindere, perinde est, ac si proprium fundas sanguinem: sed & hac homini imputatur pro victima. S. Antiochus hom. 39.

Obedientia principium divinae dilectionis. Id. ib.

Censeri debet pro regula generali: illud esse melius, pulchrius, nobiliss, utilius, delectabiliss, honestiss; quod est obedientia proximus; sit illa res, in qua obeditur, vilis, abjecta, inutilis, laboriosa, stulta; solo peccato exclusio. Ioan. Gerlon. Confid. 2. ad Religiosos.

Est sine sanguine fuso martyris, qui latè portat obedientiae pondus. Sim. Caff. l. 4. c. 1.

Referam obedientiam in amorem: imò dico, obedientiam & charitatem, prout ab ipso Deo primo instituitur, nulla ratione differre: nam amor amato obsequitur, & subijcitur; & tantò subijcitur verius, quanto amat ardentius. Id. ib.

S. IV.

Obedientiam quam sit grata a Deo.

Quod praecipio tibi, hoc tantum facito Domino; nec addas quidquam, nec minuas. Deut. 12. 32. Certè immunitio vitari debuit: quia quidquid immunitum, habetur omnibus imperfectum. Prohibere verò honestum additamentum, in religiosi studii ad speciem vergit incommodum. Cur, qui arietes duos Lege teneret offerre, nequiverit quatuor litare? sic scilicet placet Deo obedientia, ut non semel vel exiguum obsequium appareat de obedientia gratius, quam sine obedi-



ris a Deo, ut audias suavissimum illud verbum Dei veni; de quo mirè confortatus medis periculis ages. Bæza ante citatus.

Domine, si tu es, jube me ad te venire. Tu præcipe: & illico solidabuntur undæ; & leve fiet corpus, quod per te grave est. Non dixit, ora, deprecare; sed jube. S. Chryost. in Catena. Ubi obedientia intervenit, ipsa per se sufficiens est, ad multa miracula perpetranda; & omnia pericula vincenda. Sylv. hic.

Jube: quoniam tibi obediendo perire non valeo. Dionys. Carthus. hic.

Videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, ibi Navigabant ex præcepto Domini, & mori timent. Ergone oblitus Dei vocis, & jussus, Jonas exultavit in ceto? & vestus imperio Christi choros discipulorum Christi trepidavit in navi? Oliva l. 2. Strom. hic.

Ece ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Luc. 10. 3. Dei nutum, & vocationem sequenti nihil non facile est, & pervium. Quam durum, & asperum, est agriculis mitti inter lupos. Sed tota hæc durities emollitur iis Christi verbis: ecce ego mitto vos. Bæza t. 3. l. 14. c. 8. §. 8.

Lazarus veni foras. Joan. 11. 43. Impediens erat Lazarus, qui ligatis pedibus, & manibus, jacebat defunctus: & accessit virtus vocantis; & mox sublatum omne impedimentum; statim prodit. Ride vincula, ride impedimenta, difficultates; ubi Deus te vocat. B. Theodoretus de provid. Dei l. 16. mortuum, qui & vinculis confectus; & fortidus jam erat; currere, & mortis manibus fugere; ad vocantem autem creatorem, nec mortis foribus, nec vinculis impeditum, festinare fecit. Bæza t. 2. l. 1. c. 6. §. 7.

Præceptis tuis, ne ab Jerusalem discederent. Act. 1. 4. Cur pusillus grex non jubetur ab Jerusalem discedere; ubi tanta Judæorum in eos rabies, ubi Christus crucifixus? Tanta Christi erat potentia; ut etiam in loco sibi infensissimo eos protegeret. Et promiserat illis: ecce ego mitto vos; tui ergo in omni loco; etiam propter obedientiam. Sylv. hic.

§. IX.

Obedientia est quæta, pacifica, læta.

Præparatum cor meum Deo. Psal. 56. 8. quid sequitur? cantabo, & psallam dicam. Planè vir obediens loquitur victorias. In parati cordis ad obedientiam fructus; palmis, & lætitia. Exurge gloria mea. 9. Psalterium, & cithara. Oliva lib. 12. Strom. hic.

homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon. Luc. 2. 25. Nulla religiosa, & honesta habitatio, præter pacem, in qua vir obediens habitat: nam, præter obedientiam, non habitatur in pace; hoc enim prænotat Simeon. Sim. Cass. l. 2. c. 21.

Verus obediens exopto propriæ voluntatis fordidissimo, ac onerosissimo vestimento; sumptuose columbe dealbata deargentatis pennis, ingreditur post laborem in requiem. S. Laur. Just. l. de obed. c. 38.

Cum non ignorarem, opus esse nobis per multas tribulationes intrare in regnum cælorum; sentiremque me ipsum neque unam afflictionem pati: angebar mirum in modum, dubius, incusque; unde hæc tantæ quietis causa esset? Quod mihi tandem fenex aperuit, monuitque ne morerem, dicens: quicumque sese traderet in Patrum obedientiam; hunc tantam quietem, & securitatem a Deo necessarîo consequi. S. Dorotheus Abb. de tenent. doct. 5.

Pax quid aliud est, quam ordinis tranquillitas imperando, & obediendo. Joan. Gerion de Consol. Theol. l. 2.

§. X.

Obedientia est apta regimini.

Ex omni ligno paradisi. Gen. 2. 16. & v. 19. adduxit animalia ad Adam. S. Chryost. in Pl. 3. vide: Adam, cum nondum peccasset, bestias tanquam servos, & obediens, habentem; & eis tanquam servis nomina imponentem. Postquam autem aspectum peccato commaculavit; tunc eum bestia non agnoscebat; & quæ servæ erant, ei hostes evaserunt.

Josue sæpe vocatur in Scriptura Minister Moysis. Ex. 24. 12. Num. 11. 28. Deut. 1. 38. Quid ergo mirum, si is postea constituitur & successor? Num. 27. 18. Jesus filius Nave perfecta sua obedientia tantum donum promeruit, ut Moyses successor fieret. S. Ephrem tr. de virt. cap. 2. Mendoza in 1. Reg. 3. 8.

Vocavit autem Samuelem servid. 1. Reg. 3. 8. Necessè fuit, Samuelem promptitudinem spectari; ut, quam aptus esset ad imperandum, probaretur: non enim posset utiliter imperare; nisi prius disceat humiliter obedire. S. Greg. l. 1. dial. c. 1. usus recte conversationis est; ut præesse non audeat, qui subesse non didicerit. S. Bern. ep. 42. ut securè præesse possitis, subesse & vos, sicut debetis, non dedignemini. Quam pulchrè locutus est ille beatus Centurio. Matth. 8. 9. dicitur quippe, habens sub me milites, præmisit, homo sum sub potestate. Mend. in 1. Reg. 3. 8.

Pater mihi pater mihi curus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. 12. Lyranus in Comment. mor. ad 1. Reg. 9. Curus, qui dicitur, & regitur, hic ponitur primo; & auriga, qui ducit, secundo ad ostendendum, quod ille bene ducit regendo, qui primo fuit ductilis in obediendo. Id. ib.

Nam ego homo sum sub potestate constitutus. Matth. 8. 9. An tequam Centurio dicat, quod sub te habeat milites, prius ait, quod sit sub potestate: quia ille solus imperare novit, qui obedire didicit. Merito imperantis scholam voces obedientiam. Sylv. hic q. 16.

Pennis eum involvit. Luc. 2. 7. Non bene præest, qui non didicit bene subesse. Plinii est adverbio: animalia cætera simul feræ ac ventris carcere sunt soluta, incipere libere vagari: homo de carcere uno in alium transiit; ex materno alvo in factas: Christus ipse utero virginali prodians panis a Matre involutus. Cur homo, rex animalium, ex ano ergastulo in aliud traditur? Respondet Plin. in Præfat. lib. septimi: feliciter natus jacet manibus, psalibusque devinctis, animal ceteris imperatur. Qui futurus est aliorum Prælarus, qui aliorum manus ac pedes, loco sui imperii est alligatus; is merito sibi ante obstringere manus, pedesque debet. Did. Nyss. in Phœn. Græc. l. 3. c. 1.

Simon Joannis pater agnos meos. Joan. 21. 15. Christus D. toties Ecclesie gubernaculum Petro traditur, vocat eum Simonem. Mendoza ante citatus.

Palms est de celo Jonas. Act. 2. v. 2. tum v. 3. apparuerunt illi dispersa lingua tanquam ignis. Sonus, aurium obiectum; lingua magisterium Symbolum: audire idem est, quod dicere. Antè audire, & discere quique debet; quam loqui, & docere: discipuli prius discunt, tunc docent. Did. Nyss. ante citatus.

§. XI.

Obedientia est suavis, facit omnia facilia.

Atque mandatum tuum nimis. Pl. 118. 96. Idèd latum, quia tuum. Dominus dixit? hoc sufficit ad condimentum cerneris, ad dulcorandas lacrymas, ad inaurandum faciem. Oliva t. 2. Strom. §. in hunc Bf.

Aviola mea liquefacta est. Incurtus est. Cant. 5. 6.

Ece ego mitto vos. Matth. 10. 16. Cum Discipulis lupos, & lamenas Dominus prædisisset, præmisit ad arum arum solatum; ecce ego mitto vos. Sufficit hoc ad deficiam, & robur? ibi prædicantes. Act. 5. 41. Quis enim timet enses? qui horreat fella? si Deus ille est, qui hæc jubet, tolerari. Oliva 2. Strom. ante cit.

Jugum meum. Matth. 11. 30. Jugum verbis suavis dixit; & opus obedientia leve: quoniam, qui jugum verbi patienti cervicæ suscepit, discipulatus onus grave esse non poterit. S. Pasch. in Thr. 3.

Ea est vis obedientiæ, ut facile ea quoque efficiat, quæ per difficulta videntur. S. Xaverius l. 3. ep. 4. Societati Rom.

Obedientia Christi.

Ibant omnes, ut proficerentur sibi, in suam civitatem. Luc. 1. 2. 3. Voluit omnino Christus ab ipso nativitate suæ exordio subjacere legibus tanquam homo: ne videretur Rempi conturbare: voluisse; qui venerat ad melius reparare corruptum; insinuas, quod justè regnum gratum habet; & omnis sibi sanctio est accepta; qui in pace, atque in justitia, Republicam servat; nec adversari debent potestati: æque regenti, quicumque mortales? cum ei subjacere voluerit in humilitate Deus. Sim. Cass. de gest. Salvat. l. 1. c. 4.

Erant subditi illis. Luc. 2. 51. Quid fecit anno decimo tertio vigesimo? &c. Obedivit. Præclarum Religiosi epitaphium: tota vita obediit, vel tota vita subditus erat illis. Hoc præclarissima continentur gesta, victoriæ, triumpho. Barradius r. l. 10. c. 14. D. 1. Epiph.

Inclinato capite tradidit spiritum. Joan. 19. 30. æterno Patri, cui commendaverat: ut non solum in corpore, sed a corpore, separatus ejus spiritus esset obediens. Et tunc decreto Paterno descendit ad humum; & reversus ad tumulum reanimavit examinationum. Sim. Cass. l. 13. hic.

Christus dedit vitam; ne perderet obedientiam. S. Bern. ep. 42.

Frequenter cogitandum est amor ille ex quo altissimus voluit pro nobis obedire usque ad mortem crucis: ut confundamur non obedire, quæ ab ipso nobis injunguntur. S. Laur. Just. de Justitia c. 5.

§. XII.

Obedientia Sanctorum.

Tolle stium. Gen. 22. 2. Hebr. tolle nunc stium tuum unicum tuum, quem dilexisti. Sept. tolle stium tuum, illum dilectum tuum; quem dilexisti; illum Isaac. Totum se Deo

Deo permittit; & id, quod jubebatur, exequi parabat. Ac ne cum uxore quidem hac de re communicavit, rectè sane, sibi que utiliter faciens, qui feminam non idoneam judicaret, quam in consilium adhiberet. S. Gregor. Nyss. or. de Deitate Filii &c. de obedientia Abrahami.

Ubi est ultima abrahama. Gen. 22. 7. Zeno Veron. patefecit, quid a se Dominus postulasset; & quid ipse Domino promississet, ostendit. Lætatus est puer, patre fideli ipse quoque fidelior; nec recubatur mortem, quam Deus, qui vitam dederat; imperabat. Sed cur fidelior Isaac patre? magna Abrahami obedientia; Deo tamen præcipienti obedivit: Isaac verò Deum non audivit, sed patrem. Nazera in Jos. 13. §. 12.

Exploris duobus mensibus reversa est ad patrem suum, & scie ei sicut roborat. Judic. 11. 39. Filia Jephthæ in ipso ætatis flore, se immaturè morti consecravit, ne debitam Deo obedientiam præteriret. Victima Deo jam devotè liberè abire finitur, & montes sine ulla custodia circumvagari: minus enim mortem, quam inobedientiam, timebat. Mendoza in 1. Reg. 3. 9.

Puer autem erat missus in conspectu Domini ante faciem Heli. Reg. 2. 11. Idèd, ut explicat S. Greg. mor. l. 1. c. 8. erat obediens Deo in homine. Repetit deinde 1. Reg. 3. 1. similia verba, postquam profecit, & crevit. q. d. non solum; cum rudimenta in virtute faceret, obediens erat; sed etiam dum crevit in pietate. Pina in Ecol. Ethol. 50.

Vas electissimè est michi iste Act. 9. 15. Est? cur non dixit, erit? quia dixit: Dominus quid me vis facere? Elocobar tr. Colloq. Chr. l. 2. obf. 5.

Tremunt potestates, non metu formidinis, cum sint perfecte beati; sed administrationis affectu, vel obedientiæ famulatu: cum, secundum Apostolum, omnes sint administratorii spiritus. Innocentius III. P. de Sacro alt. myst. l. 2. c. 61. Cum ullum senseris concidisse, scito, nullam aliam potiorè causam intervenisse, quam, quod cordi suo credidit, quod seipsum instituit. Nihil gravius, nihil perniciosius; quam seipsum regere. Cum enim adhuc cum ceteris in cœnobio, reprobam semper omnia apud Abbatem Joannem Seniores; nec aliquando suffinit quidem facere præter ejus voluntatem. Quod si aliquando mihi cogitatio, & mens mea responderet: quid nunc turbare senem pergis? hoc tibi dixerunt est, quod ego; iratus in cogitationem hujusmodi meam referbam: anathema tibi! quidquid judicij est tibi, quidquid discretionis est, quidquid prudentiæ, quidquid intelligentiæ: id omne tibi à demonibus est. S. Dorotheus de Renunt. Doctr. 5.

§. XIV.

Obedientiæ varia alia motiva.

Benedixitque Deus Noe. Gen. 9. 1. Prius benedixit, & benedixit; deinde præceptum imposuit leve, ac facile de abstinentia à sanguine, & furore. Viam subditis ad obedientiam libenter stratum efficit, qui beneficiis antè collatis eos devinct, & ad parcendum excitat. Festandus hic.

Erant tui servus. Gen. 27. 40. Offendens, quia servitus ei remedio fuit: quia stultus regere se non potest; & nisi moderatorem habeat, præcipit ut propriis voluntatibus. S. Ambros. l. 2. ep. 7.

Ece ego. 1. Reg. 3. 4. Mira obedientiæ promptitudo! Nec intempta vox, nec suavis somni, nec jucunditas lecti, puerum poterunt tenere, quò minus statim profiliat ad obediendum; & quidem non iustus, sed nominatus. Mendoza in 1. Reg. 3. 4.

Obedientiæ est spontanea mors, securum periculum, immediata ad Deum exulatio, tuta navigatio, consecuto dormiendo iter sepulchrum voluntatis. Joan. Clim. gr. 4. de obed. Iter obedientiæ est perfecta abnegatio propriæ animæ, & corporis, mors voluntaria, vita sine sollicitudine, navigatio sine damno, sepultura voluntatis, Est, iter facere dormiendo sub onere alii imposto; & super aliorum ulnas, ne mergaris, natare. Id. ib.

In scolis obedientia non docentur exceptionis regulæ; reum, locorum, temporum, & sociorum: replicationes non audiuntur, propelluntur allegationes, appellationes non admittuntur. Sim. Cass. l. 4. c. 1.

§. XV.

Obedientiæ respiciens sapientiam, & scientiam.

Præcipue si dicens. Gen. 22. 16. Cum Deus hominem condidisset ingenio perspicuum; mox cum obedientiæ præcepto obstrinxit. Secunda Persona, cui sapientia tribuitur, facta homo obediens usque ad mortem: ne quis poterit indecens esse hominem sapientem parere. Pina Ethol. 50.

Sol contra Caracum non movetur. Jos. 10. 12. Vehementer extollitur miraculum stante sole ad imperium hominis: quia ingentis laudis est, sapientia illustres parere aliis Id. ib.

Mens tuius mandatum obedientiam. Prov. 15. 28. Glossa, & alii, pro obedientiam, legunt sapientiam. Cornelius hic. R. P. Spanner Poly. Tom. 11.

Callum tuum sicut monilia, mureculas aureas faciemus tibi in vermicularas, argenteo; Cant. 1. 9. 10. Card. Haigrinus, aut in & obedientiam, & sapientiam, designari putat. Nazera in Jos. 13. §. 12.

Filii sapientiæ Ecclesie iustorum; & natio illorum obedientia, & dilectio. Ecol. 3. 1. Bene conneclitur sapientia cum obedientia; & illius filii possidere dicuntur: nam, ut S. Aug. in Pl. 118. custodienda obedientia, ut percipiatur sapientia. Tuffo hic Natio, idèd, profapia illorum; puta spiritualis, & mystica, est obedientia, & dilectio, q. d. sapientia filii, puta discipuli; & studiosi; præter naturalem, & carnalem, generationem; etiam profapiam habent supernaturalem, spirituales, & divinam; puta obedientiæ, & charitatis: ex qua spiritualiter prognati sunt: in his enim duobus consistit vera sapientia practica: S. Augustinus in speculo legat, & nati illorum obedientia, & dilectio. Cornelius hic.

In scientia sua iustificabit ipse iustus. Et. II. 53. 11. Quæ est scientia ejus, nisi obedientia ejus? Cùm esset filius Dei, inquit Apollolus Hebr. 5. 8. didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. S. Rupertus hic.

Erant subditi illis. Luc. 2. 51. Christus D. post solemnem illum cum Doctoribus in templo congressum, post evulgatas opes sapientiæ; subditus factus est parentibus. Non ergo sapientiam dedecet obedire; quando Christus, æterna Patris sapientia, tum potissimum Matri se subdit, cùm sapientiæ speciem ingens præberet in medio Doctorum. Oliva l. 13. Strom. Luc. 2. v. 51.

Erant subditi illis. Jesus autem proficiebat. Luc. 2. 52. Via proficiendi obedientia. Elocobar t. 3. Coll. Chr. l. 2. Obf. 5.

§. XVI.

Obedientiæ requirit humilitatem.

Ex Veteri.

Unquid mittes fulgura, & ignes? & reverentia dicent tibi, ad manus. Job 38. 35. Coniunctæ cum Deo voluntatis homines fulgura jila sunt. Fulgura, & fulmen, ignes, subtilissimi, natura petunt sublime. At, quia Deus deorsum illa mittit, suæ naturæ oblitus, incredibili celeritate ad aruunt. Drexelius opusc. 11. Heliotrop. l. 2. c. 4. §. 3.

In uno oculorum tuorum, & in uno cruce calli tui. Cant. 4. 9. Oculis fidem, capillis humilitatem designat; quibus potentis Dei filio Virgo maxime complacuit. Illumque uno capillo colli sui, licet fortissimum, & potentissimum, fortiter alligavit. S. Thom. Vill. f. de S. Stephano.

Anima mea liquefacta est. Cant. 5. 6. Gilbertus l. 44. in Cant. magna in liquefactis ad sequendum mobilitas, & prompta voluntas. Intelligentiam, ut arbitror, in liquefactis ad obedientiam aptitudinem grandem, humilis animæ affectum tractabilem.

Ex Novo.

Non fiat ego vobis, sed sicut eu. Matth. 26. 39. Hæc est vox veræ humilitatis, quæ semper humane voluntati prapronit dicit vinam; & in hoc ab humanis in divina dirigitur. Nec hoc solum; sed etiam alterius hominis, non solum majoris, verparis; sed etiam inferioris voluntatem ferè proponit. Contrario vox superbiæ est: non sciat, sed sicut ego; ejus proprium est, suam præponere voluntatem &c. Richard. à S. Viç. l. in die Pasche.

Invenerat illum in templo sedentem in medio Doctorum. Luc. 2. 46. S. Ambros. in 1. Corinth. 14. 30. hæc traditio Synagoge est, ut sedentes disputarent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellis, novissimi in pavimento super matras. Ad pedes feliciter Magistrorum. Hinc Christus puer, cùm nec ex Doctoribus esset, nec ex aliis inferioribus, pro sua humilitate humi super foream, seu matram, sedit; licet in medio Doctorum sedisse dicatur, qui sedet super Cherubim. Bernardus hic t. 1. l. 10. c. 14. D. 1. Epiph.

Descendit cum eis. Venit Nazareth, & erat subditus illis. Luc. 2. 15. Descensus est in obedientia: nam, nisi animus ad ima descendat, omnino reluctabit obediens. Hic descensus ab are mentis fit, ab omni altitudine cordis, ab omni proposito contraditionis, & ab omni reputatione propriæ cognitionis. Usquequo erit descensus? Nazareth est terminus &c. Sim. Cass. l. 4. c. 1. v. 51.

Inclinato capite tradidit spiritum. Joan. 19. 30. Caput inclinavit in morte, in expiationem erectionis ad veritatem: simulque suavitè obedientiam, reverentiam docuit, humilitatem in operibus usquequaque monstravit; cum, omni peracto mysterio, inclinato capite expiravit. S. Bernardinus p. 2. l. 56.

Ex Patribus, & aliis.

Tantò quisque in obedientia fit perfectior, quantò apud se fuerit vilior. S. Laurent. Just. de obed. c. 4.

Humilitatis filia fuit, sui ipsius perpetua accusatio, propriæ voluntatis odium, consilii sui, ac sensus, abominatio. S. Dorotheus de renunt. doct. 1.

Humilitas est maxime obediens; præcipiens vero fortalis est charitas. Sim. Cass. l. 4. c. 1. Nulla creaturam est magis aqua obediens. Quod liberit homini, ascendit; quod vult, descendit; ducentes sequitur, in canalibus dividitur, aliorum insectitur, reflectitur. Doul-treman de amore l. 1. c. 1. sect. 8.

§. XVII.

Superbus non obedit.

Vitis sicut dicitur, scientes bonum, & malum. Gen. 3. 5. Primum Eve, & Adæ, communiore Patrum sententia, peccatum fuit superbia in eo sita; quod appetierint scire bonum, & malum: ut scilicet per seipsos, ac virtute ingenii sui, possent in omnibus dirigere seipsos, discurrendo, & eligendo, quod bonum est; atque cavendo, quod malum est, nec indigerent ad Deo quidem dirigi: Ex qua superbia mox secuta impotentia, & indignatio animi indignatis, se hoc præcepto infringi; curiositas, gula, infidelitas non credendo minis Dei. Cornelius hic.

Hac insuper virtute maxime Luciferi, ac Protoplasti peccatum compensari, quod superbia vitium, proprièque voluntatis fuit. Nec Angelorum aliud est opus, nisi Deo obtemperare. S. Basilii Institut. vite Religiosæ.

Importabile onus est obedientia superbienti, & humili voluntas propria. S. Laurent. Just. tr. de compunct. &c.

Superbus similis argenti vivo; quod est tante virtutis; ut si super sextarium argenti vivi centum fassa superponas, statim resiliat: sic superbia nihil sibi grave vult sustinere. Geminiani l. 2. c. 35.

§. XVIII.

Obedientia est cæca non discit.

Num. I.

Exempla.

Excedens de terra tua. Gen. 12. 1. E patria egreditur Abraham Deo jubente; & quod pergere deberet, ignorat. Hebr. nesciens, quod dicit. Nec tamen moras nescit, aut difficultates obijcit. S. Gregor. l. 1. in 1. Reg. nescit judicare, qui perfectè didicit obedire. Alvarez in Gen. Illustr. 50. v. 13.

Tolle filium tuum unigenitum. Gen. 22. 2. Accipe filium tuum dilectum. Vide, quomodo per verba ista majus incendium succendit; & fornacem amoris, quod iustus in Isaac affectus erat, & violentiis excitat: accipe filium &c. Unum quodque verbum per se sufficeret ad faciendam animam justifi. Quid igitur iustus non turbatus est animo, non confusus est mente, non ratiocinabatur secum: Cur hoc? qui paulo ante dixit: in isto vocabitur tibi semen, nunc diversa præcipit. Ex quomodo implebuntur, quæ sunt ab eo promissa? Quo pacto enim fieri potest, ut radice exsecta rami pullulenti vel fructu arbore fructus proveniant? Horum nihil cogitabat iustus ille: sed, sicut fructus famulus, & postponendum dicens divinis præceptis omnem affectionem, & dilectionem: ad implenda iussa festinavit. S. Chrysof. hom. 47. in Gen.

Ubi est vestimenta holocausti? Gen. 22. 7. Sed curiosum puerum pater resellit ea voce: Deus providebit sibi vestimenta. Quo responso nil ultra puer disputat. S. Chryl. hom. 3. in 2. Corinth. c. 1. Similiterque audivit Deum, nihil postea locutus est; nec amplius erat curiosus: adeo sapiens erat puer. Verè magna sapientia, cæcè obedire. Velloso in Judith. 5. Par. 18.

Veni, mistam te ad eos. Gen. 37. 13. Quam promptè Joseph obediens iussu sum: nec fratrum supercilium, nec via difficultas, puerum deterret. Alvarez in Gen. hic Illustr. 50. v. 13.

Et cucurrit ad Heli: & dixit: ecce ego vocasti enim me. 1. Reg. 3. 5. Magna laus est, non curare sui Prælati facta, sed iussa; nec attendere, quam vitam agat, sed quam personam gerat. Mendoza in 1. Reg. 3. annot. 1. sect. 1.

Vade ad mare, & mitte hamum. Matth. 17. 26. S. Chrysof. hanc Petri obedientiam fidei honorat titulo apud S. Thomam admirare Petri fidem, quoniam rei tam difficili obedit; ideoque de fide eum remunerans, copulavit eum sibi in tribulatione; quod fuit abundantis honoris Nazæra in Jos. 13. §. 12.

Num. II.

Obedientie cæcæ motiva.

Ex Veteri.

Periculis oculi vestri. Gen. 3. 5. Nullum non lapidem movet diabolus, ut religiosam vitam impugnet, & obedientiam, qua nihil sublimius, si minus abolere, certè imperfecitam reddat. Quod enim obedientia minus habet oculorum, eò generosior, & illustrior habetur. Fernandus hic sect. 10. Homo postus sub præcepto audivit a Domino Deo: nolitan-

gere. Quid? hanc arborem. Quid est enim illa arbor? si bona, quare non tango: si mala, quid facit in paradiso? profus ideo est in paradiso, quia bona est; sed nolo tangas. Quare non tango? quia obedientem te volo, non contradicentem servum. Bona est arbor; nolo tangas, quia Dominus sum; & servus es: hanc tota causa est. S. August. conc. 2. in Pf. 70. Venitur ad eum etiam, omnes filii sui; quibus præcepit curam, qua audiat à Domino in monte Sinai: impletisq; sermonibus posuit velamen super faciem suam. Ex. 34. 32. &c. Scilicet velum appendit, ut oculos populus non aspiceret; sed auris verba captaret. Obedientie fors est imminutio præcipientis fulgor: præceptis namque nec lumen vultus servare, nec dextra lepra debebat nocere. Dum Dei nomine loqui constar, esset supervacanea leprosa dextera, aut splendoris, discusso; quia solum requirebatur auditio. Nazera in Jos. 13. §. 12. Adde: obedientiam tunc plenius respiciendè, cum fidei quodammodo sibi mutuatur naturam; utque excolata præstet obsequium, captivat profus iudicium. Id. ib.

In auditu auris audivit tibi. Pf. 118. 45. Perfectè obediens, ubi vox mandantis insonuit, nihil cunctatur, nihil dubitat, aut feratur ratione, quare mandatum? sed mox manus mittit ad opus. S. Laur. Justin. l. de ligno vite c. 2. sunt multi, qui, post præcipientis imperium, plures faciunt questiones; & sæpe ingeniant, unde hoc venerit? quis hoc dederit consilium? Propter quod oritur murmuratione, excusatio simulatio, impossibilitas, advocatio amicitiorum; contra quos per prophetam loquitur Dominus: in auditu auris audivit tibi: ut ostenderet, uno, eodemque momento, obedientem simplicem, & audisse præcipientis imperium, & obsequium perfecisse. Sylveira in Act. 10. 7.

Lucerna pedibus meis verbum tuum. Pf. 118. 105. Vide, ubi lucerna præferatur; non oculis, sed pedibus: ut oculi solum videant, quod pedes ex obedientia præscripto diriguntur. Verus obediens pro oculis lucernæ lumen; pro intelligentia, & iudicio, solum sibi assumit iubentis vocem. Utinam hæc sancta cœcitas in Adam, & Eva, fuisset illi; & nos viveremus. Fernandus in Gen. 3. 5. Sect. 10.

Dnabus volabant faciem ejus, & dnabus volabant. H. 6. 2. Quid volant, celeritas est in obediendo: quod alio oculo obtegunt, cœcitas est obtemperantium; qui nihil omnino vident, nil disquirunt, nil judicant, de imperata. Velloso in Judith 5. Par. 18. Apparete Seraphim, thronum Dei cingunt, paratos se ostendunt iubenti ad parandum: toti enim sunt alati; imò & alas explicant ad volatum. Faciem tamen penitus obvolvunt: ut scilicet sine oculis nec iussa discernant, nec interpretentur; sed iubentis vocem audientes, velut excolati, ferantur impetu ad volandum. Fernandus in Gen. 3. 5. Sect. 10. Seraphim in fonte Schema religiosæ, & perfectæ obedientiæ, hæc enim, quasi vultus oculis, cœca præceptum non discunt; est tota alata, promptè exequendo iussa. Cornelius in H. 6. 2.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Turbati sunt, dicentes, quia phantasma est. Matth. 14. 26. S. Chrysof. hom. 51. in Matth. putaverunt esse phantasma, cum visu ipsum non cognovissent; partim propter noctis tenebras, partim quia nunquam auditum fuit, hominem super aquas ambulasse. q. d. sapius viderunt Christum D. alia miracula patrare, deemonia pellere &c. nec tamen unquam eum phantasma putarunt. Referunt hic Apostoli peroseque subditos: qui, si viderint aliquid præcipi, aut fieri à Prælati novum, curvationem non assequuntur; eum esse phantasma, non verum superiorem, multitant, reprehendunt; cum tamen in iis verus Christus præcipiat, & operetur. Pinna in Eccl. 8. Ethol. 104.

Accersi Simonem quendam hic hospitatur apud Simonem quodam curiarum hic dicit tibi. Ad. 10. 5. Vides, ut nihil magnum enunciet de Petro? non ait, esse petram Ecclesiæ, habere claves regni cœlorum, Dei locum in terris tenere &c. sed plane significat esse idem. Accersi, inquit, non accede ut ad principem quendam. Quid Cornelius? sprexit hominem? inò ut Prælatum observavit: vovit avit duas domesticas suas. v. 7. Mendoza in 1. Reg. 3. 9. Annot. 1. Sect. 1. Perfectus obediens commendatione prælati non eger. Id. ib. initio.

Verà obedientia, nec Præceptorum intentionem discit, nec præcepta discernit: quia qui omne vite suæ iudicium majori subdidit, in hoc solo gaudet; si, quod sibi præcipitur, operatur: nescit enim judicare, qui quis perfectè didicerit obedire. S. Gregor. l. 1. in 1. Reg. c. 3.

Quemadmodum pueri, cum primum literas formare discunt, in præceptorem intenti sunt; ad quod calamus accommodat, libenti, atque obediens animo notas expicientes: eodem modo, eos quoque, qui ad res divinas perdiscendas se conferunt, eorum magistratos sequi, atque puerilem simplicitatem, & indubitatum assensum, habere oportet. Hieronymus Pelus. ep. 400.

Sapiens nummularius est, imò ipsa sapientia; cui necesse habemus reddere hunc obedientie nummum: nec suscipiet eum, nisi & integer inveniat, & sine aliqua falsitate. Nam, si discutimus, si dijudicamus; & in hoc quidem præcepto non obe-

obedimus, sed in illo, factus est nummus: non suscipit eum Christus, à quo nimirum tenemur nummi integri debitores. S. Bernardus. l. 2. in festo S. Andree.

Obedientia est, nunquam sibi; nè in his quidem, quæ videntur optima, usque ad consummationem vite credere. Joan. Clim. gr. 4. de obed.

Species contumaciæ est, de modo mandati inquirere, hæsitare, discernere, aut differre. In contractu enim obedientie non habet disputatio, ad disceptatio locum. Nam si in discussione, seu suspensionem, ea, quæ sunt tibi mandata deduxeris; ad lignum scientiæ boni, & mali, manum prævaricationis extendis. Petrus Bles. ep. ad priorem de Monasterio.

Quisquis circa obedientiam ambigit, aut distinguit; lignum scientiæ boni, & mali, in suam perniciem gustare præsumit. Id. ep. 109.

§. XIX.

Obedientia est prompta; non excusat, non replicat.

Ex Veteri.

Itur Abraham de nocte conversans. Gen. 22. 3. Abraham tam celeriter decrevit iussu coelestibus esse parendum; quam fuerat divinitus imperatum. Venerabatur, nè votum mora offenderet, aut iustionem tarditas impediret. Fuit lætus, cum eum ( Isaac ) acciperet; lætior, cum immolandum eum postularet. S. Chrysof. l. de fide Abraham. Non contristat frontem devotissimus Abraham; nec dolor patri lacrymas persuasit; sed exultat, & gaudet. Nec timent, nè parricidium ei imputaretur; sed magis, ut devotioni pareret: lætatur hoc iussisse Deum. S. Zeno Veron. l. 1. de Abrah. O qui servum Domini ita se esse meminerat, ut patrem se esse nesciret. Quid est pater? ecce sub oculis jacet filius vinculis astrictus. Ubi sunt lacrymæ? ubi dolor, qui in humanis sensibus verari consuevit? In tantis filii casibus lætatur, & gaudet: & se Dominum promeruisse, triumphat à filio ad agnum transtulit dextram, semper lætatur, & gaudens. Id. ib. Charissimi membra, quo oculis premere conlueverat, armatus gladio iubetur occidere. Idem ibid.

Abraham, Abraham, non extendas manum. Gen. 22. 11. 12. Obedientia perfectior, quæ ad Iacunda constantior, ad aspera celerior. Tolle filium tuum. Non exhorruit præceptum, obsequium gemitibus non fœdavit, sed lætatur, hoc iussisse Deum. Angelus multiplicat præcepta: non extendas manum tuam, neque facias illi quicquam. Si unica præcepto, tolle filium tuum, satis fuit ad sacrificium parandum, quid non sufficit ad innocentem solvendum? O extimiam obedientiam! semel imperat maturationem, bis incontinentiam; ad aspera freno, ad dulcia calciati egerit. Nazera in Jos. 22. §. 3.

Revertere, & domi. 1. Regum 3. 5. Samuel singulariter obediens fuit; quia minore vi egit, ut extraheretur à lecto; quam ut ad lectum reduceretur. Nam, ut extraheretur, satis fuit nominari Samuel fide præcepto veni. At verò, ut reduceretur, imperio opus fuit, revertere: quod enim promptior erat ad laborem, quam quietem; eò minore vi ad laborem subeundum, quam ad quietem repetendam, egebat. Optimus Abrahæ imitator: quem ut Deum ad immolandum filium excitaret, etiam dormientem, nullis clamoribus usus est; sed placida voce dixit ad eum: Abraham, Abraham. Gen. 22. 1. Ut autem à jugulando filio revocaretur, etiam ad vigilantem de calo clamavit. v. 11. minus enim calcar ad difficultata, quam ad facilia præcepta exequenda requirebat. Mendoza in 1. Reg. 3. 6.

Vocans ab Oriente avem; & de terra longinqua virum dulcissimæ me. H. 46. 11. Oleaster: qua velocitate debeamus excipere, mandata Dei nostri, pulchre hoc loco admonemur. Genellus erat Cyrus, non audierat unquam, quis esset Deus Israel; & tamen non voverat, sed ad aspirationem, velut avis, volat ad eum.

Ex Novo, & aliis.

Ter apparet Angelus S. Josepho, monens eum de rebus gravissimis, semper in somnis. 1. de alissimo Incarnationis mysterio. Matth. 1. 20. ubi tingere accipere Mariam. 2. de fuga in Ægyptum. Matth. 2. 13. & 20. de reversione in terram Israel. Cur semper in somnis, & non aliquando in vigilia? S. Paschal. l. 1. in Matth. ut commendaretur obedientia Joseph. Nam, licet iusta omnia humanum captum transcenderent, obediens tamen sufficiens fuit levis insinuatione, etiam per somnum; ad captivandum intellectum cum diligenti operum executione. Sylveira in Act. 16. 6.

Venit in mundum unquam predicare. Marci 16. 15. Nullus Apollolorum orbis plagas noverat; nullus tamen excusat; omnes obediunt vocis Christi. Gallidus in allegoriis: in universum Mundum mittit eos, qui vix unum noverant regionem; nec tamen fuit illis dicere: Babylonem non vidi, & locum nescio. Alvarez in Gen. 27. 13. Illustr. 57.

Ille ut audivit, surgit cito, & venit ad eum. Joan. 1. 29.

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

Non querit à sorore, quid Christus ab illa velle? sed vocata surgit cito, moxque se in viam dat: nec præfatur ad eos, qui solandi causa ad eam venerant, licet essent honorati viri. Amore vulnerata obliviscitur urbanitatis; & nata Christi præsentiam, omnia humana; & temporalia, præterit. Sylveira hic c. 35.

Lazarus prodiit à sepulchro ligatus manus, & pedes. Joan. 11. 44. Ut promptius obediret, nec prius nodos solvit, nè motam in obediendo faceret. Jonghen pro Sacr. profess. 23h. 30.

Cum sonitum pulsantis audierim, ad opus aliquod innotans, certatim à cubilibus suis quomque prorumpit ita ut is, qui opus scripteris exerceat, quam repertus fuerit inchoasse litteram, finire non audeat. Joan. Cass. de cœnob. Just. l. 4. c. 12. de obed. Monachor.

Motiva.

Ad tui vis imperium cunctus populus obedit. Gen. 41. 40. Hebr. omnis populus ad os tuum osculabitur. id est, oris tui præceptum excolabitur; & venerabitur, ac libenter obedit. Cornelius hic.

Vox dilecti mei ecce isto venit saltem in mentibus. Cant. 2. 8. Cum audieris voces ejus, præcepta scilicet, & consilia, veni ad obediendum, & exequendum celeriter sine tadio, saltem, ut capea, & hinnulus: quia nihil Christo gratius, quam celer, hilarique obedientia. De Ponte hic Exh. 4. §. 5.

Fallum est verbum Domini in manu Agæi. 1. 1. Ovis verè Domini in manu Malachia: 1. 1. Quis locutus est in manu Jeremiae 37. 2. Dominus fecit, quod locutus est in manu Jeremiæ 4. Reg. 10. 10. Penia, vocem Dei exceptam manu prophetica, non aude. Hieronymus in Malach. manum pro operibus accipe; unde in manu Agæi, & in manu Jeremie, factus est sermo Domini. Velloso in Judith. 5. Par. 18. mora in obediendo fœda.

Sibylla vis, & congregabit illis; quia redemi est. Zach. 10. 8. Stephanus Cant. in Allegor. Godelfridi Tilman: quasi solo sibilo opus sit, non predicationis tuba. Sylveira in Luc. 18. 27. cap. 31.

Neminem per viam salvaveritis. Luc. 10. 4. Quid est, neminem salvatis in via; quia iustus non festinat agere in iuncta. Et hoc ita dixit: neminem. Quamquam diceret: omnia præmittatis; dum, quod injunctum est, peragatis. S. August. l. 1. de Apost.

Ovis mea vocem meam audient. Joan. 10. 27. Cur Christus D. in suis ovibus non commendat, quod lac, vel lanam, præbeant? sed quod vocem ejus audiant, & ipsum sequantur? B. quia maxime in subditis commendatur obedientia. Et vocem meam, inquit, audient, non voces: quia non egent duabus, ut sapius illis quicquam mandetur. Sylveira hic c. 6.

Cum quali affectu obedire oportet ei, qui non ad opus mandati cohortatur? eo affectu, quo eliciens parvulus nutus obtemperat ad ubera invitanti. S. Basilii Reg. de inst. Mon. c. 46. de perf. subject.

§. XX.

Obedientia quibus mediis reddatur facilis:

Nemo melius alicui obtemperat, quam qui ex charitate obsequitur. S. Ambros. in ep. ad Eph. c. 1.

Obedientia per multa diligens unum, quamvis multa persiciat, propter unum, & diversè injuncta reputatum, & diversos præceptores, quæ Dei sunt, præcipientes, existimat Dominum unum; & omnia reducit in unum præcepta decem, & duo, reducit in unum: quis una est cum uno, ut in æternum fruatur uno. Sim. Cass. l. 4. c. 1.

Ut proficeretur enim Maria. Luc. 2. 5. Si in cardines porte strepentes, dum aperitur, & clauditur, oleum diffuderis, nihil postea audies. Amor divinus in obedientia omnia reddit facilia. Stella hic.

§. XXI.

Indifferentia ad locum, & officia.

Num. I.

Symbola.

Ecce flos campi. Cant. 2. 1. Flos campi modò tegitur, & regibus blanditur; modò premitur, & vel pecuni pro fœno est. Ad omnia, & omnibus floret. Sic Job buyro modò pedes lavat, modò testa excruciat; & sedet in sterquilino, qui confidebat in folio. Bernardus modò consilii præfuit; modò subest monacho. Oliva. l. 4. Strom. §. Ego flos &c. Seraphim stabant, & volabant. H. 6. 2. Obedientiam ad omnia promptam professi illi Seraphini; qui ante Dei solium, stabant, & volabant: non illis aliis, quas ad capita habebant; ne ad sublimia tantum anhelas viderentur; neque illis, quæ ad pedes; nè viderentur ad sola infima determinari: sed illis, quas habebant ad median cordis sedem. Ad designandum, inquit, Lorinus, quod Angeli semper sunt parati, & divina ascen-

ascendens: & ad inferiora descendens: secundum Domini voluntatem, Mendoza in 1. Reg. 3. Annot. 2. Sect. 1.

Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur. Ezech. 1. 12. Non vertebat se ad laeves Orientis ardores; non horrebant fœtentioris frigora: non cupiebant zephyros occidentis; ab ætibus austeri non cavebant. Illa erat commodissima regio, illud acceptissimum solum; in quo prævidebant obsequium Dei, & voluntatem adimplendam. Oliva t. 2. conc. 10.

Aer & lucis fulgore splendidus sit; & tenebrarum interventu niger, & obscurus. Per se enim nec splendidus, nec obscurus est; sed omni figura, omnique colorum specie imbutur; & ad omnium rerum, quas suscipit, motum se accommodat. S. Gregor. Nyss. l. hexam.

Num. II.

Exempla.

Moyse autem pascibat oves. Ex. 3. 1. Moyse, iram Pharaonis fugiens, pascibat oves. Jam degit in inopaliis, ubi aura micans nuper inhabitabat palatium. Gaudet vel pastoriis laboribus, quia vita fructur: nam ejus studium erat, ultimas manus fructur; non temporales vite commoditates ambire. Naxera in Job. 20. §. 11.

Surgit, accipit phœnem; & Matrem ejus, & sicut in Ægyptum. Math. 2. 13. Nihil ita pati cogitur Virgo, ex quo Mater Domini effecta est; quam solum vertere, nec duo in loco consistere. In domuncula Nazareth JESUM concepit, in specu Bethleem parit, offert in templo Jerolymis in Ægypto abscondit. Et hic ex Palestina in Ægyptum abiturus quot calamitatis implicatur: puer recens natus, Joseph propè senex; Virgo mirè pulchra, viarum multiplicitas, viatici inopia, aeris inclementia, religionis diversitas. Quodque his durius est, Bethleem deserit, ubi jam caeli reperat, regaleque adoratorum habuerat: & in Ægyptum mittitur, ubi idololatria regnante, nulla à civibus spes honoris, aut cultus in Deum affulgere. Adde, hæc omnia fama nocte imperata, & ante auroram impleta. Et tu Religiosa, cum in differentia loca deferat tibi chara, & opportuna. Oliva l. 12. Strom. §. iurgio &c.

Data sunt mulieri duo ala aquila magna, ut volaret in desertum locum. Apoc. 12. 14. Desertum peti, ubi nulla delicia, nulla commoditates; imò horridus locus, spinis ac feribus, squalens. Olim stellis fulgida; nunc in desertorum caligine abdita. Quia ibi anxia, hic quiescat pacatissime: laxa: fugiebat ferpentinam iram; nec curabat corporis commodum, dum spendens vitæ inveniret refugium. Naxera in Job. 20. §. 11.

V. P. Josephus Anchietæ Provincialis liberum fecit, quæcumque sedes ejus animo maxime colliberet, eam sibi extremæ senectutis quietem adoptare. Sed ea ut facultate sibi religioni dedit, de qua re ad P. Ignatium Tolosam ita scripsit: P. Provincialis optionem mihi dedit, quamcumque vellem mihi sedem eligendi. Non me libertas tanta delectat: est enim sepe cum cœcitate conjuncta, & periculo à recto tramite aberrandi: cum, quid sibi maxime conveniat, dispiciat nemo. Vitz l. 5.

Num. III.

Indifferentiâ facit lutum.

Quid timidi estis, modica fides? Matth. 8. 26. Cur sic reprehenduntur? quia ingressi sunt navim ex Christi mandato. Matth. 8. 18. Et ideo erant in fide timidi, & debiles: qui in loco à Deo iis decreto erant, & damnum timebant. Nullibi enim homo securior degit, quam si sibi consistat, ubi divina manus eum constituit. Jonas in navi naufragium patitur, & in bellua securus est. Navem elegit voluntate propria, c. 1. 3. ceteri ipsi Deus preparavit. c. 2. 1. Sylveira hic.

Num. IV.

Male est propria electio.

Vadam, & videbo illum, antequam moriar. Gen. 45. 28. Jacob senior jam effectus sua sponte descendere voluit in Ægyptum, ut filium suum salutarer. Profectus cum magno gaudio, ecce tibi in ipsa via, nescio quo timore percussus hæret: addo ut opus fuerit ab ipso Deo animari, & urgeri. Gen. 46. 2. Unde tantus timor? timuit, quod Deum ante non consulerit, quod divinum imperium non expectaret; sed propriam fecerat voluntatem, quam suspexit habebat, tradiderit se in viam; ac si ita fecum loquatur: quod mea metrahie voluntas? juvenis divinx semper parvi voluntatis, senex audio parere meæ? Absit hoc à me! hinc ultra non progrediar, nisi progredi à Deo imperetur: præstat filium non videre, quam Deo non obsequi. Mendoza in 1. Reg. 3. Annot. 2. Sect. 1.

Græcæ per meridiam. Eccl. 1. 6. Hoc dicit Ecclesiastes eo sine, ait Plineda, q. d. non contentus sol motu unius hemisphærii diurno, alias etiam coeli appositæ plagas tentat, & percurrit. Sed non ideo quidquam majoris quietis, aut felicitatis

adeptus ex annuo labore, quam ex quotidiano: nihil in meridie, aut aequilone, amplius inveniunt; quam in Oriente, aut occidente. In quo præsentatur humani cordis inconstantia? & illam, velut innatam, loca mutandi & novas semper stationes expetendi cupiditatem, ut melius habere possit. Sed frustra: locus enim cupiditatem non minuit, nec internas passiones animi eruit; sed potius exulcerat. Cornelius hic.

Inventus à quodam lapis quadratus, in cuius parte superiori scriptum: *latus meum deleo; idem verbi volo.* Verit in omne latus, & eadem verba. Sic non indifferentes scribunt: mitte me huc: nullibi illis bene. Brognard. sum prædic. Inconstantia.

Num. V.

Periculosa propria electio.

Est civitas hæc iuxta, ad quam possum fugere; & saluabor in ea. Gen. 19. 20. 30. Angelus annuit petitis: At ille urbem ingressus, non se tutum putans; ne & illi, quod Sodomæ, eveniret, ascendit de Segor, & mansit in monte. v. 30. In quo ostenditur; nos non posse securitatem invenire in eo loco, ubi nos cogitamus; sed in eo, in quem nos Deus per superiores dirigit, & ire præcipit. Diez. Obed. mandator Dei. Videmus male cessisse Loth electionem suam, qui iustus montem descendere, elegit civitatem. Sic nunt, qui contra Dei verbum proprio suo sensu, bona etiam intentione sese regere præsumunt. Limpoman. apud Bæzant t. 2. l. 6. c. 4. §. 1. qui addit: ut securitatis est locus, ad quem me Deus vocat, & trahit jussione sua; sic suspensa sint tibi omnia loca, & mania, ad quæ voluntate tua trahis Deum ipsum. Bene timuit Loth locum illum, quem ipse sibi arbitratur suo elegerat; & prudenter majorem sibi promittit securitatem in monte, ad quem se recipere jussus erat à Deo.

Assumpsit eum diabolus in montem excelsum vultu. Matth. 4. 8. Ut locus esset occasio consentiendi tentationi: sciens, ex mutatione locorum, frequenter mutari affectum. Dionys. Carthus. hic. Angeli, dum in celo resident, in quo creati sunt à Deo: in gratia, & sanctitate, se exercent: at vero cum affectantur exaltare solium suum, superflua Dei, & fulgere in monte refranent. Il. 24. 13. in Infernum ceciderunt. Sylveira hic. q. 24.

Num. VI.

Indifferentiâ varia motiva.

Invenit in ipso anno (sterilitatis) centuplum. Gen. 26. 12. Unde patet, hanc totam messem non per rationem non per agrorum fertilitatem; sed per miraculum Dei beneficio obdignitate hæc: ut ex uno modico à seminato meteret centum modios. Nota: Itaque, quo Deo jubente, v. 2. mansit in Geraris; hinc ibi à Deo lecupletus est: ita ubicumque quis manserit Dei voluntate; ibi à Deo benedicetur; & prosperabitur. Cornelius hic.

Confite in Deo, & mane in leto tuo. Eccl. 11. 22. Hoc dicit potest Religiosus sollicitè procurantibus mutationem. Cornelius in Eccl. 10. 4.

Pasce populum tuum in virga tua in medio Carmeli. Michæ 7. 14. Orat Deum Michæas, ut virgula pastorali, id est, providentia sua paterna, pascat, regatque Judæos. In medio Carmeli. q. d. quasi in horrido, & spinoso situ ita in Babylone constitutos pasce ita securè, & largiter: acsi essent in Carmelo patrio, herbido; fac ut Babylonia eis sit Carmelus; sicut fecisti, ut tribus pueri-foris Babylonia esset hortus, imò paradysus. Dan. 3. 50. Cornelius in Michæam hic.

Nihil interest, ubi sitis in Saeculo, qui extra Saeculum estis. Tertull. l. ad M. M.

Quisque vestrum, ubicumque est, se primum, deinde alios: juvare studeat; & inducat in animam: nusquam se melius, quam ubi à Præposito constitutus sit; operam Deo navare posse. Et simul confidite, Deum, ubi tempus fuerit, hanc iis, qui præsunt, mentem daturum; ut eò vos potissimum mittant, ubi vester labor fructuosissimus sit futurus. S. Xaverius l. 3. ep. 5. Societati Goan Cangoxima.

Miscellanea.

Revertere, & dormi. Eccl. 1. Reg. 3. 6. Supplicatus Heli, Samuelem vocati à Domino, jubet illum ad lectulum redire, & dormire. Quale hoc præceptum ad puerum, qui expectabat se à Deo vocandum? cur non potius monet, ut oret, vel aliud virtutis insigne opus faciat? S. Gregor. l. 2. in Reg. c. 3. redire ad fomni quietem Samuel finitur; ut profecto nec ea, quæ sunt minima, contentamur. Bæza t. 3. l. 14. c. 12. §. 3.

Domine, ego quem amas, infirmatur. Joan. 11. 3. Non dicit cum regulo. Joan. 4. 49. Domine descende, priusquam moriar: & credentes, quod absens posset sanare. Nec cum Centurione. Matth. 8. 8. sanum de verbo; sed modum subvertendi Christo committunt, tanquam sapientiori. Ita & nos facere par est; cum à Superioribus aliquid postulamus: videlicet, ut modum exaudiendi committamus bonitati; & directe-

TITULUS II.

OBSERVATIO.

§. I.

Observa tua, non aliena.

§. XXII.

Inobedientia.

Num. I.

Pars, & damnâ.

Unque cognovissent se esse nudos. Gen. 3. 7. Primus homo, postquam obediens esse desit, nudum se esse cognovit. B. Eucherius f. in deposit. Sanct. Honorati. Simulque Deo non obtemperaverunt, ac terra, cinisque facti sunt; simul cum beata illa vivendi ratione Virginitatis decus amiserunt: & una cum Deo semigravit ab eis castitas virginalis. Nam quamdiu à diaboli servitute liberi fuerunt, ac Dominum suum sunt veritè, sui penes eos virginitas; quæ majori ipsi erat ornamento, quam sit diadema regibus, ac aurea vestimenta. Postea verò quam captivi fuerunt, & regiam ipsam exerunt stultitiam; tunc una successit connubium, mortale hoc, ac servile vestimentum. Sanct. Chrysolom. lib. de virginit.

Non audierunt eum - & sceleris capis verbum, atque compertit. Ex. 16. 20. Sola est inobedientia auctor manz: in vermes degenerantis, & odorosi illius graviter spirantis. S. Antiochus Abb. hom. 38.

Non intraducatis hos populos in terram, quam dabo eis. Num. 20. 12. Quia Moyse bis filicem percussit; cum juberetur solum loqui ad petram. v. 8. 11. Didac. Nyss. f. 3. Dom. 2. Quod. §. 3.

Nuquamquam regnum tuum ultra confurget. 1. Reg. 13. 14. Cum Sauli inobediens non alia poena, quam privato regni infligere: ratio est: qui parere nescit, indignus est imperio. Sic inobedientes in Scriptura sepe regis nomine privantur. Nam Abigail de Saule locuta. 1. Reg. 25. 29. Si surrexerit aliquando homo persequens te. Et 2. Paral. 26. 18. Sacerdos Azarias sic alloquitur Oziam divine legis contemptoribus: non est tui officii Ozia, ut adulescentulum Domino. Sanct. Ambros. f. 10. in Psal. 118. 73. ad illa verba: manus tua, Domine, fecerunt me, locutus de homine, quem Deus rerum omnium constituit, ait: sed ut possit imperare, debet Deo esse subiectus. Mendoza in 1. Reg. 13. 13.

Uranque est indignatione Dominus contra Oziam: & percussit eum super verticem. 2. Reg. 6. 7. Dum sublineat arcem extinguit est. Oza ille Dei Levites: non quia, ut videtur, ad speciem contumacis aliquid mente commiserit; sed ipso officio inofficiosus fuit, qui injusta præsumpsit. Salvianus Ep. l. 7. de proviciis.

Inobedientia est causa mortis: omnes experimur, omnes morimur, propter eam. Sanct. Bernardus serm. 2. de obedientia &c.

Num. II.

Alia motiva inobedientiam vitandi.

Sulcè egisti. 1. Reg. 13. 13. Cum omnia peccata sulcitiæ notam mereantur; nullum majore jure, quam peccatum inobedientie: qui enim suo potius judicio ducitur, quam divino; dum prædictæ laudem meruisse putat, sulcitiæ notam gravissimam incurrit. Mendoza hic.

Deservit in escam meam sel. Psal. 68. 22. Qui cum murmure obediunt, selle Dominum pascent: cibus enim Christi est obedientia opere impleta. Unde Joan. 4. 34. meus cibus est. Potum autem ejus est obedientia cordis, quam Dominus profectò sitit. Seligitur Christo in escam datur, cum fit murmuratio oris: acetum quoque est ministratur in potum; cum fit murmuratio cordis. Sanct. Bernardus. f. de obed. Evangelica.

Si ea, quæ tibi præcipiuntur, dura sunt; nunquid murmurando illa facere poteris meliora? S. Casarius hom. 18.

Sicut membra judicantur paralytica, quæ non veniunt ad imperium capitis; sic pervertus est religiosus subditus, qui non sentit motum, & imperium P. Spiritualis. V. Bonav. dicit. fal. c. 20. de relig.

Peccatum meum contra me est semper. Psal. 50. 5. S. Ambros. hic: sapiens adversum se judicat esse delictum suum, & tanquam hostiles acies ita lapsus culpam suarum, adversantium modo, sibi arbitratur obfistere. Quidquid dictum aut lectum; in se dictum putat. q. d. de alienis peccatis nec minima mihi cura est; propria semper ob oculos versantur. Pinnâ in Eccl. 1. Ethol. 9. S. Greg. in Psal. pœnit. hic. Non posui supra dorsum, quod feci; non intuo alios, oblitus mei: non affecto de oculo fratris festucam ejicere, & trabem quæ in oculo meo est, non considerare. Math. 7. 4. apud Pinnam in Eccl. 6. Ethol. 69.

Ego vir videns pauperem meum in virga indignationis ejus. Thren. 3. 1.

Domine non sum dignus. Matth. 8. 8. S. Aug. f. 6. de Verb. Dom. dicendo se indignum, præstitit dignum; non ut in ejus parietes, sed ut in ejus cor Christus intraret. Non ait, servus meus non est dignus, vel domus mea: de sua solum indignitate meminit. O quam necessaria hæc indoles hujus sæculi hominibus; ut solum suam, non alienam imbecillitatem respiciant. Sciebat Centurio, quod Christus ingrederetur Publicanorum, Phariseorum domos; tamen suam domum dicit indignam: nam jultus non alienos, sed proprios, defectus considerat. Sicut, & ipse, cum multo esset præstantior Senioribus Judæorum, eos misit ad Christum; se indignum ad eum veniendi testatur. Luc. 7. 6. Sylveira in Matth. 8. 8.

Namquid ego sum Domine? Matth. 26. 22. Non querunt, quis est iste Domine? Vident. Christum illius nomen tacere, ideo nolunt scire ultra; quàm id, quod Magister manifestat: sed quisque pro quiete suæ conscientie affectat Domini judicio se immutem pronuntiare. Paulus dicit: attende tibi; & non alius Sylv. hieq. 6.

Castiores vigiliam nullis super seculo sum. Luc. 2. 8. Non alienum, de quo non requiritur ratio. Hugo Card. hic.

Hic si esset Propheta; sciret utique quia peccatrix est. Luc. 7. 39. Cur Magdalena non fecit similem discipulo? hic si esset Propheta; sciret utique, quis, & qualis est iste Pharisæus? Quia convertit oculos ad propria crimina: Pharisæus verò ad aliena: qualis est mulier, qui peccatrix est. Qui oculos conjicit ad propria peccata, in lacrymas solvitur: qui verò in aliena, in detractiones declinat. Sylv. hic q. 20.

Redde rationem sollicitationis tuæ. Luc. 16. 2. alienæ. Pinnâ in Eccl. Ethol. 136.

Cum alienos excessus aspiciamus, nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus. Considerata quippe fragilitas propria, mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui pie meminisse, quod forsalle adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. Sanct. Greg. lib. 5. mor. cap. 30.

De nullo queri possum alio, quàm de me: ego mihi traheor; & ego à me poenas exigam. Seneca de benefic. lib. 15. cap. 15.

§. II.

Observare aliena, non sua; vitiosum est.

Ex Veteri.

Cruciantque omne tentorium. Eccl. Genes. 31. 34. Laban, qui omnia tentatur, ut deos suos inveniat; detractore est; juxta Rupertum l. de Trin. cap. 46. qui intencis oculis alienam vitam rimatur: cupitque vitia apud alios invenire, quibus ipse scaret. Nam optimam excusationem vitii sui obtendere putat: si alios, eisdem infectos, comperit. Pinnâ in Eccl. Ethol. 136.

Hic factus mihi Deus, & hic addat, quia morte morior. 1. Reg. 14. 44. Gravior ille ipse deliquit contra mandatum Dei. 1. Reg. 15. 9. Scrupulose punire vult transgressionem alienam; in graviori nullum habeas conscientie remorsum, quæ est 3. in Matth. 12.

Eamem patienter ut canes; & circumdant civitatem. Psal. 58. 7. Gilbertus f. 5. in Cant. tales sunt multi, qui omnes persecruntur professiones; & in illis nulla inveniunt, quæ illos trahant; sed multa, quibus ipsis detrahant, calumniantur: quod in aliis distractio fit nimia, in aliis minima. Quod ingenium à diabolo haustum puto Job 1. 7. circumi terram, & perambulavit eam. Hunc peregrinationem suscepit diabolus; ut quæ quisque gereret, oculis suis pervideret. Sylv. addit. in Matth. 15. q. 2.

Viri ergo illi curiosus inquirentes, invenimus Daniele orantem.

S. IV.

Observe, qui potest corrigere.

Unde venit? & quid vadit? Gen. 16. 8. Lyran. non querit Angelus ex ignorantia; sed ut ex repositione Agar efficiat eam corrigere.

Qui sunt hi sermone? Luc. 24. 17. Commune est documentum: quod in aliorum opera, & sermones, non fit inquirendum. Cur ergo querit hic Dominus de Discipulorum sermonibus? Qui valet remedium adferre, æquum est, ut inquirat fecus, qui non potest. Sylv. hic.

S. V.

Observe bona in aliis, & non mala.

Symbola.

Considerate lilia agri, quomodo crescunt. Matth. 6. 28. Considerare debemus lilia, non lilia; agri: hoc est, laudabilia, non vituperabilia opera proximi. Sancti Bonav. in Psal. 118.

Simile est regnum colorum homini negotiatori querenti: bonas margaritas. Matth. 13. 45. Sunt multe falsæ, & imperfectæ margaritæ. S. Chrysol. l. 47. hic; negotiationem loquitur providentem ornamenta virtutum; non incitamenta vitiorum. Bæza t. 3. l. 14. c. 2. §. 16.

Exempla.

Joseph recitatus est somnium, quia aliquando viderat. Gen. 42. 9. Oleeat. Non dicit eum memorem venditionis, aut mortis sibi ingentatæ, sed somnium.

Ergone Jonathan moriturus est. 1. Reg. 14. 45. Sancti Gregor. lib. 5. cap. 4. in Reg. 14. in Electorum examine non solum culparum causæ pensandæ sunt, sed etiam merita personarum; quod aperte his verbis ostenditur: quia non ideo Jonathan non moriturus asseritur, quia erat filius regis; sed quia in Israel magnam salutem fecit. Cum ergo magni viri cadunt, communi iudicio tradendi non sunt: quia priora opera promerentur, ut posteriorum gravitas levigetur; ipsa autem culpæ levigatio non acceptatione personarum decernenda est; sed aspectu prioris vitæ. Oliva tom. 3. conc. 20. die Ven. 6. in Quad.

Tunc assumptus est diabolus in sanctam civitatem. Matth. 4. 5. Dicitur civitas sancta, quia ibi erat templum, & cultus Dei. Et licet ab Il. r. 21. civitas meretricis vocetur, tamen postea dicitur. Num. 26. videris civitas iusti, urbs fidelis. Et Evangelista consideravit Sanctitatem loci; & non peccata illius. Sylv. hic.

Vos autem quomodo esse dicitis? Matth. 16. 15. Hieron. Apostoli nequaquam homines, sed dii appellatur. Cum enim dixisset: quem dicunt homines esse, Filium hominis? Subiicit: vos autem? Pulchrè interrogat, quem dicunt homines? quia quid de illo hominis loquuntur, homines sunt qui verò divinitatem ejus intelligunt, non homines, sed dii appellatur. Ut Christi divinitatem agnoscat, eamque loquantur, hominum evincunt naturam: nam homines ignorant præclara: eum norint semper obscura. Naxera in Jos. 2. §. 29.

Nudaverunt tegum. Marc. 2. 4. Proximi virtutes pondera, & amplia: in defectibus cœcuti, & tace. Vide pulchrum charitatis factus: ægrum ex aperto tecto dimissum Christo præstant. Sed quanta præsentium molestia? Non poterat tectum nudari tegulis sine metu, & molestia eorum, qui in domo erant cogebantur enim pulverem, lapillos deciduos, & lignorum particulas excipere. Hanc tamen factam molestiam tacent Evangelistæ, & multi sunt in charitatis opere explicando. Bæza t. 2. l. 9. c. 1.

Et numeraverunt decem: quia filius ejus videret. Joan. 4. 5. Cum frater ægrorum, nemo morbum non indicat, cum verò revalescit, silent omnes. Utinam, quam multum sunt, qui ægrum annuntiant, ita & pauci sint, qui sanitati redditum commendent. Si forte è Clero unus fornicetur, qui clamores excitantur: si plures è Clero jejunent, nemo laudat. Oliva l. 9. Strom. §. Erat quidam regulus.

Vide manus meas. Joan. 20. 27. Ob incredulitatem Christus Thomam non abiecit, non amicitia privavit; sed mira pietate secutus est fugientem; suaviter allocutus, pectus aperuit, latus tractandum præbuit. Cur Deus cum pertinaci tan-topere se demittit? Habuit rationem præteritorum, quæ bene egerat. Joan. 11. 16. Numquid nos, ut moriamur cum eo? Ob unum delictum non sperne, nec expelle, bene meritos; aut de quibus spes emendationis, ut ex Zizaniis fiat triticum. Oliva t. 1. conc. 26. in festo S. Thom.

Queris, ubi Abel. ubi Enoch, ubi Jesus Navè, ubi Elias? possent querere? Non est necesse nodum in cirpo querere: unam peccem manifestæ reticere peccata. S. Hieron. lib. 2. contra Pelag.

Bona eliganus vitæque contraria. Non enim propter doctrin-

tem. Daniel. 6. 11. Ecce populorum Magistri, quas quaestiones insituant; quæ judicia agant. An mercatorum fraudes, & latrocinia? de his nec verbum faciunt; unam solum Danielis orationis tradunt; hanc regi deferunt. Bæza t. 2. lib. 10. cap. 8. §. 1.

Ex Nov.

Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbatis. Matt. 12. 2. Athanasius hom. de semente: atqui illi, qui esum in Sabbato pro crimine obijciunt, ipsi eadem in Dominum ipso Sabbato moluntur.

Si licet Sabbatis curare? Matth. 12. 10. Patentissima est malitia Judæorum; quod infidias, & laqueos parant, Christo, studio beneficentia pleno. Hinc enim sese prodit, & infamat, cuiusque Zelus; si beneficentia opera mordeat. Quam amari Zeli sermones illi, qui perditissimos Reip. mores, scelera, gaudia vix tangunt; & religionum hominum insituta, studia, virtutis opera cavillant. Bæza antè citatus.

Transgrediantur traditionem seniorum. Matth. 15. 2. Qui talpa sunt ad propria peccata, lines ad aliena, familiari demonum vitio delinquant. Didac. Nyls. f. 4. Dom. 3. Quadr. §. 2.

Quid ad nos: tu videris. Matth. 27. 4. Nihil in se miseri agnoscunt mali; in emporem transiitentes reatum. Bæza t. 2. l. 7. c. 4.

Dixi discipulis tuis, ut eijcerent illum, & non poterunt. Marc. 9. 17. Discipulorum impotentia succenset homo hic; nil memorans de infidelitate sua. Bæza t. 2. l. 7. c. 4. de puero lunatico.

Gratias sibi ago; quia non sum sicut ceteri hominum. Luc. 18. 11. Sic Phariseus in templo orans, suorum criminum negligentia Publicani pectus lustrabat. Oliva tom. 2. Stromat. §. 384. in meditatione mea &c. ubi ait: emicat in meditatione flamma; sed si meditatio tua sit, hoc est, si tibi attendis in meditatione, vulneraque tua curaris. Concaluit cor meum intra me. Aliquorum cor, cum meditantur, ne in confinio quidem sui manes, sed cœterorum centrum pervadit, cumque sua negligat vulnera, alienas pustulas scrutatur in alieno, non dico, vultu, qui patet; sed cordi, quod Deus voluit invium esse, & infructuabili. Idem. Oliva ibidem.

§. III.

Motiva non observandi alios.

Super pellem tuam gradiaris, & terram comedis. Gen. 3. 14. Serpens maledictus est inter omnia animalia, & bestias terræ. Et cur præ cæteris maledictus? subdit causam: super pellem tuam. Eucherius in Catena Liponi: terram comedere omnibus diebus vitæ suæ, tertium tentationis genus figuratur, quod est curiositas: qui enim terram manducat, profunda & tenebrosa, penetrat. Naxera in Jos. 2. §. 17.

Orate Dominum, ut auferat ranas à me. Ex. 8. 3. & 8. Sciniphum ardentem motus sustinet. Ex. 8. 17. &c. cur clamores non fert ratarum? Rupertus in Ex. cap. 32. ranæ permolestæ fuerunt, ascendentes, & ingredienti domum regis, & cubiculum lecti ejus, & super stratum ejus, & in fumos ejus, & in reliquias ciborum ejus. Odiosum Pharaoni animal, se importunè insinuans, ut omnia videat. Idem ibidem.

Misit Josue duos viros exploratores. Jos. 2. 1. Terram ingressi ab indigenis notantur. Aliorum facta curiosè explorans, aliorum oculos sustinebit. Naxera in Jos. 2. §. 16.

Quis est David? & quis est filius Isai? 1. Reg. 25. 10. Querit Nabal. Nabal Hebr. stultus. David genere erat regio, vir fortis, gigantis fortissimi victor, virtutibus præstans. Nihil horum memorat Nabal, sed fugitivum servum vocat. Baradius tom. 2. lib. 2. cap. moral. 4. virtutis, & mentis, inops sui oblitus de alio querit, tu quis es? aliorum vitia carpit.

Ipsa capite egere. Luc. 15. 14. Juxta Sancti Ambrosii lib. 7. in Luc. egere, est curam sui negligere, non habere proprium virtutum alimentum. Talis cupit implere ventrem de siliquis, rodens aliorum famam; cum pane possit alii filiorum Dei. Pinna in Eccl. 11. Ethol. 136.

Quid ad te: tu me sequere. Joan. 21. 22. His verbis nos erudiet; neque doledum, neque curiosum, præter divinam voluntatem; & investigandum. Sancti Chrysolom. hom. 87. in Joan.

doctrina ejus parva suscipienda sunt dogmata; nec propter dogmatum pravitatem, si quos commentarios in Scripturas Sanctas utaq; edidit, penitus respiciendi sunt. S. Hieron. ep. 26. ad Traquilinum de libris Origenis. Idem ait de libris Tertulliani.

Memini me dixisse, quam sublimialiquando meditatione Monachus quidam Laicus toto intendit spatio vigiliarum. Etenim fumum quem apprehensum me in auditorium trahit; & profusus pedibus; vix mihi, inquit, quia Monachus in vigiliis unum consideravi, in quo triginta virtutes numeravi; quarum ne unam quidem me invenio. Et fortasse nullam ille tantam habebat, quanta hæc ipsa erat, religiose emulationis humilitas. S. Bernardus f. exhortatorio ad Fratres ne altitudine & lassitudine cordis.

Ego nec culpa careo; nec amicos, qui culpa careant, quæro, nec enim nascitur. Verum eos, qui plurimas virtutes habent, pauca autem vitia, in amicorum album ascribo. Nam qui ob exiguum vitium maximam etiam virtutem parvipendunt; nec res humanas considerant; nec Paulum morem gerunt admonent: alter alterius opera portat. Oliva t. 3. c. 24. die S. Thomæ Ap.

§. VI.

Observe mala, & non bona, in aliis.

Symbola.

Exploratores estis; ut videatis infirmam terram, venistis. Gen. 42. 9. Exploratorum hoc est, ut in civitate quæpiam, si forte hiat murus, si non satis firmæ turres, quaque facilis fit in eam aditus, observent. Hoc die obtrahentibus: exploratores estis speculatores communium miseriarum estis. Ad quid enim venitis, cum vitam, moreque aliorum, indagatis? non ut videatis, quæ apud illos præclara: sed ut in firma vixperitis. Did. Nyls. f. 3. D. 4. quadr. §. 2. maledicus semper lympet est ea, quæ vituperare cupit, culpa ad ea, quæ laudat.

Percussit statuum in pedibus ejus. Dan. 2. 34. non aurum, argentum.

Super lapidem unum scriptum voluit. Zachar. 3. 9. id est plurimi. Voluit scilicet explorare, quid in gemma fit vitii. Lappillus est perpositus affabre. In lapillo vir bonus, ait Hugo. 3. Reg. 1. 20. in re oculi respicimus totum Israel. Velloso in Judith 5. Paræz. 7.

Quomodo hic lituras scis, cum non didiceris? Joan. 7. 15. S. Basilus hom. de invidia: mulcæ, fanis corporis partibus neglectis, ad ulcera contendunt vitæ splendorem, recteque factorum pulchritudinem, nec aspiciunt quidem, ad marceida verò mirandum in modum feruntur.

Sol spectatorum, nisi eum defecit, non habet: nemo observat lunam, nisi laborantem. Seneca l. 7. quæst. c. 1. Oculi sumus ad aliorum defectus, ad virtutes cœci; ad honesta talpæ; ad errata Prophetæ. Naxera in Jos. 2. §. 29.

Exempla.

Introduxit me Rex. Cant. 1. 3. Sed eò se oculi alieni ingerunt; ut insipientis, quid virgo faciat. Neque enim temere illa queritur v. 5. nolite me considerare, quod suscipi sum. Nec id Bernardus miratur f. 24. in Cant. cum ubique penè in choroadolescentularum inveniam, quæ acta sponte curiosè observent; detrahendi, non imitandi causa. Velloso in Judith Paræz. 7.

Nolite me considerare, quod suscipi sum. Cant. 1. 5. Sed considerate etiam; quia formosa sum: nolite aspicere idololatricæ præcedentis nigredinem; inspicite magis succedentis fidei eximium decorem. S. Thom. Vill. c. 2. de Nat. D.

Vidi Dominum super solium excelsum. Il. 6. 1. Non est species ei, neque decus: & vidimus eum; & non erat aspectus. Isai. 53. 2. Dei gloriam unicus vidit, isque spiritu prophetico illustratus: particularum plures, & referentem speciem solum peccatoris. S. Bernardus f. 1. de verb. Il. audio prophete ejusdem, & ejusdem Domini longe dissimilem visionem. Si quidem Isaias ille est, qui in alto loco sic loquitur: vidimus eum tanquam leprosum. Ubi illud primum considerandum est, quod communis illa; hæc prophetiæ prærogativa propria videtur. Quisquid oblectat famam, omnes curiosè investigant, & tenaciter recordantur: verum quod gloriam auget; aut oscitanter legunt, aut affectanter ignorant, aut studiosè obliviscuntur. Naxera in Jos. 2. §. 29.

Postea elurii: & accedens tentator. Matth. 4. 2. 3. Notat Hugo Card. nexum verborum. Prius jejunavit quadraginta diebus; quod vim divinam ostendit, & quasi ignorans diabolum silet: nec se prodit. Postea elurii, quod infirmitatis est; & tum caput exerie, garrit, & congregatur. Sic detractor laude digna silet, fragilitatis errores pandit. Pinna in Eccl. 11. Ethol. 136.

Hi novissimi una hora fuerunt. Matth. 20. 12. Solum attendunt ad vituperium; non recordantur, quod absque pactione laborem susceperint. Secundò, quod una bona tantum fe-

cerunt, quantum alii tota die: quod constantè tota die conductorem in foro expectarint. Obtrahator non semper ipse virtutes, sed defectus. Sylveira hic §. 15.

Hic si esset propheta, sceret utique, quæ, & qualis est mulier. Luc. 7. 39. Non, quod fuit penitens, sed quod est, oportet attendere. Peccavit quis, impiorum iudicio semper erit peccator. O impia censura! quasi nullam haberet vim penitentia peccata abstergerent. de Castillo Illat. 174.

Videns autem Phariseus. ib. Ecce Phariseus veraciter apud se superbus, & fallaciter iustus, ægrum reprehendit de ægritudine, & medicum de subventione. S. Gregor. hom. 33. in Evang. In malignis oculis nil purum est à detractione liberum: videt tot præclara penitentia signa; & adhuc peccatricem reputat. Sylveira hic.

Hic peccatores recipit. Luc. 15. 2. Phariseus, non quales venerant, sed quales redibant, videre debuit peccatores. Certè Paulum, quem persecutorem miserant, prædicatorem vident mox rediisse. S. Chrysol. 168. Ubi mala sunt, quæ ostendere possint, & bona, quæ demerit; & ibi consideranda bona, mala obliteranda. Did. Nyls. D. 3. Pent. §. 3.

Postquam filius tuus hic, qui depravit substantiam suam. Luc. 15. 30. Videt in fratre suo non conversionem, non humilitatem, fac me sicut unum de mercenariis: sed tantam luxuriam, & dissipationem bonorum. Concitatus erat animus odio, & invidia. Sylveira in Matth. 4. q. 30.

Interrogaverunt eum: quis est ille homo, qui dicit, tolle grabatum tuum, & ambula. Joan. 5. 12. Duo paralyticus dixerat: qui me sanum fecit, ille mihi dicit: tolle grabatum tuum. Illi verò non querunt, quis est ille homo, qui morbum adeò pertinacem depulit; sed, quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum. Salutem imperitissè, beneficii gloriam evulgasset lectum sabbato præcipere tollere, ad speciem virtutum minuebat: illa ergo callidè omittunt; quæ gloriosa; illa sollicitè indagant, quæ videbantur obscura. Naxera in Jos. 2. §. 22.

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu? Joan. 8. 48. Cur Judæi Jesum vocant Samaritanum? Rupert. l. 9. in Joan. pro eo, quod ad Samaritanos biduo mansit, & docuit. Joan. 4. 40. ideo Dominum Samaritanum nuncuparunt. Oculos conjuncti Judæi ad loquendum cum Samaritanis; & inde calumniantur: non tamen considerant mirabilem conversionem. Sylveira in Joan. 8. q. 11.

§. VII.

Observe cum malis etiam bona.

Percussit statuum in pedibus ejus. Dan. 2. 34. Lapis testam tangens, & statuum evertens sunt, qui corrigere nesciunt, nec coercere peccantes. Debeueras sanè parcere testæ; quam ferrum, & aurum, & aurum, non solum tolerandam, sed pretiosam, in statua reddebat. Quis enim in tanta metallorum, copia testam rimetur? Sed cæcis & testam tange, si displicet in statua; sed ita eam frange, ut non totum pariet simulacrum committas: reprehende in iracundo furorem; sed non ideo prudentiam, scientiam, eloquentiam, nihil dicas. Parce tot virtutibus, dum uni non parcis vitio tot virtutibus; coronato. Putandi palmites in vite; viri parce: excutienda à palcis grana; non verò simul ea exure. Oliva l. 9. Strom. Percussit statuum &c.

Si proximum peccatorem videris, non hoc solum ipsius considerabis; sed & quæ fecit, aut facit probe, animadvertet; per omnia expendens, & non particularia contrahens. S. Basilus conc. de humilitate.

Vultis scire vim torcularium nostrorum? ut unum dicam, unde & ipsi murmurant, qui ea faciunt: quantæ, inquit, rapinæ temporibus nostris? quantæ pressuræ innocentium? quantæ expoliationes rerum alienarum? ita sanè in amurcam attenditis, quia rapiuntur res alienæ: in oleum non attenditis; quia dantur, & propria. S. Augustin. in Psal. 80. explicans titulum pro torcularibus.

TITULUS III.

OBSTINATIO.

§. I.

Symbola, & similitudines.

Num. I.

Comparatur lapidi, petra &c.

Percussio virga bis filicem. Num. 20. 11. Heu Domine Deus! quam durum est cor! non ab homine, sed à Deo; non tantum bis, sed centies, percussum est; & non emisit unum guttam, unam scilicet compunctionis lacrymam. S. Bonaventura f. 3. post D. O. Epiph.

Altare, altare. 3. Reg. 13. 2. Missus Propheta, ut sacrilegum